



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thomæ A Kempis Canonici Regvlaris Ord. S. Avgvstini De Imitatione Christi Libri Qvatvor

Thomas <von Kempen>

Antverpiæ, 1617

Cap. XI. Quòd desideria cordis examinanda sunt, & moderanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45760](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45760)

Mat. 19 magnam, qui spontè se subiecerint tuæ sanctissimæ seruituti. Inuenient suauissimam Spiritus sancti consolationem, qui pro amore tuo, omnem carnalem abiecerint delectationem.

Mat. 7 Consequentur magnam mentis libertatem, qui arctam pro nomine tuo ingrediuntur viam, & omnem mundanam neglexerint curam.

Mat. 11 6 O grata & iucunda Dei seruitus,
Eccl. 1. qua homo veraciter efficitur liber &
Ioan. 5. sanctus! O sacer status religiosi famulatus, qui hominem Angelis reddit æqualem, Deo placabilem, dæmonibus terribilem, & cunctis fidelibus commendabilem! O amplectendum, & semper optandum seruitium, quo summum promeretur bonum, & gaudium acquiritur, sine fine mansurum!

C A P. XI.

Quòd desideria cordis examinanda sunt, & moderanda.

F I L I, oportet te adhuc multa addiscere, quæ necdum benè didicisti. Quæ sunt hæc Domine? Ut desiderium tuum, ponas totaliter secundum

dum beneplacitum meum : & tuiip- *6. Mat.*
 sius amatot non sis, sed meæ volunta-
 tatis cupidus æmulator. Desideria te
 sæpè accendunt, & vehementer im-
 pellunt: sed considera, an propter ho-
 norem meum, an propter tuum com-
 modum magis mouearis. Si ego sum
 in causa, benè contentus eris, quomo-
 documque ordinauero : si autem de *Phil. 2.*
 proprio quæsitu aliquid latet, ecce hoc
 est, quod te impedit & grauat.

2. Caue ergo, ne nimiùm innitaris
 super desiderio præconcepto, me non
 consulto: ne fortè postea pœniteat, aut
 displiceat, quod primò placuit, &
 quasi pro meliore zelaisti. Non enim
 omnis affectio, quæ videtur bona, sta-
 tim est sequenda : sed neque omnis
 contraria affectio ad primum fugien-
 da. Expedit interdum refrenatione
 uti, etiam in bonis studiis & desideriis:
 ne per importunitatem, mentis distra-
 ctionem incurras; ne aliis per indisci-
 plinationem, scandalum generes; vel
 etiam per resistantiam aliorum, subitò
 turberis & corruas.

3 Interdum verò oportet violentia *Phil. 2.*
 uti, & viriliter appetitui sensitiuo cō-

Rō. 8. & traire, nec aduertere quid velit caro, &
 2. Cor. 4 quid non velit: sed hoc magis fatagere,
 2. Cor. vt subiecta sit etiam nolens spiritui. Et
 10
 1. Cor. 9 tamdiu castigari debet, & cogi serui-
 tuti subesse, donec parata sit ad om-
 nia, paucisque contentari discat, &
 simplicibus delectari, nec contra ali-
 quod inconueniens mustitare.

CAP. XII.

*De informatione patientia, & lucta-
mine aduersus concupiscentias.*

Heb. 10 **I**DOMINE Deus, vt video, pa-
 tientia est mihi valdè necessa-
 ria: multa enim in hac vita, accidunt
 contraria. Nam qualitercumque or-
 dinauero de pace mea, non potest esse
 1ob 7. sine bello & dolore, vita mea. Ita est
 fili. Sed volo te, non talem quærere
 pacem, quæ tentationibus careat, aut
 contraria non sentiat: sed tunc etiam
 1ac. 1. æstima te pacem inuenisse, cùm fue-
 ris variis tribulationibus exercita-
 tus, & in multis contrarietatibus pro-
 batus.

2 Si dixeris, te non posse multa pa-
 ti, quomodo tunc sustinebis ignem
 pur-